

DEVS in Effentia Unus (2) ratione
PERSONARVM, TRINVS est,
& dicitur PATER gignens Fi-
lium; FILIVS ex Patris Effentia
ab æterno genitus, ac missus in
tempore in carnem, ut Redem-
ptionis opus perficeret; & SPI-
RITVS SANCTVS à Patre &
Filio ab æterno procedens, qui &
in tempore ab utroq; mittitur in
corda credentium, ut ea sanctifi-
cet per verbum & Sacramenta,
Quarum trium Personarum una
est Divinitas, æqualis Gloria & co-
æterna Majestas.

Ex Genesis.

DEVS. §. 1. **D**EVS, ut in essentia unus, ita & in Personis trinus est, sic ut quælibet quoque Personarum DEVS dicatur, quæ *personæ* vocabuli *Dei* acceptio, & in Epistola nostra Paulina non infrequens est, uti patet ex inspectione locorum, Rom. 1. 4. 7. 8. 9. III. 22. 25. 26. V. 1.